



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXV. Die Wittve des Johann von Döhre überläßt dem Kloster Diesdorf eine Hebung aus Dolslege, i. J. 1286.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XXV. Die Wittwe des Johann von Döhre überläßt dem Kloster Diesdorf eine Hebung aus Dolslege, i. J. 1286.

In nomine patris et filii et spiritus sancti notum esse cupimus vniuersis, quod ego Margareta, relicta Domini Johannis de Dore, vna cum filio meo Gerardo contuli ecclesie Distorpe, cum consensu et sincera voluntate Domini Johannis et Ottonis, patruorum nostrorum, octo solidos in villa Dolslege annuatim de bonis illis, que dicuntur crucegot, sicuti iam dictus maritus ecclesie cum omni caritatis affectu designauit, vt memoria ipsius pro his fideliter ibidem peragatur. Testes huius rei sunt Dominus Lippoldus et Dominus Druchtolphus, Dominus Hermannus lupus, Dominus Conradus de Nestorp et Dominus Hermannus, clerici eiusdem ecclesie. Acta sunt hec anno incarnationis dominice millesimo octogesimo sexto.

Gercken's Dipl. II, 475.

XXVI. Das Kloster Diesdorf bekundet von Johann und Werner von Bodendyk, so wie von Margaretha von Bortfeld, Reliquien des heiligen Georg empfangen zu haben, am 21. März 1294.

H., dei gratia prepositus, Al., priorissa totusque conuentus sanctimonialium in Distorp, presens scriptum visuris seu auditoris perpetuum in virginis filio salutem. Quoniam labile et infirmum est in quantum ad essentiam stabilitatis omne, quod est et vivit, opus est ut patrum ne a successorum memoria tollantur siue etiam voluntarie infringantur notoriis literis intulerentur. Inde est quod scire cupimus uniuersos, quod Johannes et Wernerus de Bodendike fratres, vna cum amita earum domina Margaretha, relicta domini Gheuehardi de Bortfelde nobis contulerunt venerabiles reliquias S. Georgii martiris in exequiis domine Ide, matris eorum in die ipsius sepulture sub tali forma, ut memoria eorum omnium amicorum apud nos perpetuo habeatur. Statuerunt etiam pretaxati Margaretha, Johannes et Wernerus ut ad altare, quod fuerit in reuerentiam predicti martiris consecratum, qualibet septimana ob memoriam eorundem amicorum vna missa pro defunctis et altare pro vivis celebretur. Preterea deliberauimus vna cum eis, quod nulla penuria arctati tam nos quam nostri successores reliquias memoratas unquam presumant inuadere ad vendendum, oblationes vero illius altaris conuentus noster suo arbitrio ad quoscunque usus voluerit conuertantur. Acta sunt hec anno domini M°. CC°. LXXXIV. in die Benedicti.

Gercken's Dipl. I, 433—435.